

quotidie operatur in oculis hominum. Variis machinis adhuc
 Satan tentavit deicere veritatis arcem, per sua organa (Pda-
 kera). Primum enim Ubiquitatis portentum invenit, ac dixit quasi
 Gorgonem quendam objecit. Postea cum non proficeret, movit
 literas de Baptismo, de universalis redemptione, de Predestinatione,
 Sed cum ne his etiam proficeret, nuper artificem invenit, qui
 Calvinum Judaizantem calumniis, supra quam dici potest, impu-
 dentissimis, conflaret, nimirum qui huc quasi stratagemata
 non modo eruditissimos Calvini commentarios in Bibliopoliis
 et manibus discentium exenteret, sed et Ecclesias nostras, quae
 illum non damnant, Judaica perfidia libem facile aspergeret.
 At illis quidem superioribus parum amplius noventur cor-
 dati, qui utriusque partis scripta persolvant. Hoc vero postre-
 mo non paucos passim turbari, amici ad me perscribunt, et
 a me, cujus nomine libellum illum sarcastice dedicatum
 vident, responsum flagitant. Atque nisi occupationes Typographi
 detulissent, utique jam legerent Calvinum Orthodoxum, quem
 proinde paulo post, volente Deo, accipient. Quod subitico, re-
 non prodiverit illud, si forte istuc etiam venerit, quemquam
 perturbet. Sed nimis ego ad Te multa. Dominus Jesus Te
 Ecclesiae et Republicae evergetur dia servet, omniq; bene-
 dictionis genere familiae Tuae vicissim benedicat. Hanc
 vero studii in te mei testificationem, cum alia nunc non
 debet, ut aequi boniq; facias, oro. Heidelbergae. 25. Martij
 1594.

D. Johanni Guilhelmo Nuxio Theologo
 Tigurino.

262)

Mitto ad Te, Vir Clarissime, Epistolam monitoriam Tubingen-
 sium Theologorum ad Samuelem Huberum, tractatorem Wi-
 ttebergensem de tribus controversis scriptam, cum ex Missiva
 primam huc venisset, licet plurimis in locis mendosissime
 descripta, quae partim conjecturis, partim ex scripto Huxij
 adversus Huberum Francofurti recens edito restitui, no-

bis non nihil suspecta erat, eò quòd nimis videretur *Calviniana*
sicut nunc vocant: quòd recentibus aliis Tubingensium
partis parum consentanea esset. Nam quòd scribunt de rege-
neratione non omnium promissuè baptizatorum, sed tan-
tum fidelium: de justificatione et oblatione gratiæ ad
meriti Christi acta ipso non ad omnes pertinente, sed ad solos
fideles restricta: de electione denique non omnium, sed ju-
corum etc. an non sunt ea ipsa, quæ isti hætenus præsertim
in thesibus, illis portentosis Huberianis, quas Gerlachius suo
prosidio defendit, contra nos publicè tanquam Calviniana
et hæretica traduxerunt? Sed omni dubitatione nos libera-
vit tum larvatus ille Francus historicus, qui Epistolam hæc to-
tam cum suis authoribus proxima *Relationi historica* inser-
vit tum ipse Hunnig qui in prædicto libello de sua et suorum
Collegarum controversiâ cum Hubero non modò sententiam
suam, ita ut à Tubingensibus laudatur, exposuit, sed etiam
non pauca verba et quidem ea ipsa, quæ in nostro exem-
plari erant corrupta ex hæc erudita et nervosa, quam
vocat, Theologorum Wittenbergensium responsione, recitari
digna sanè erat, quæ publicè extaret, et à pluribus legeretur
tanquam *id est* *videlicet* istorum hominum, vel certe
tanquam publica *traditio*. Aut enim prius ita sententiam
de regeneratione potissimum et electione, aut non. si illud
teneri et contra conscientiam nos ita sentientes et Societatis
hætenus sunt insectati, et turbaverunt Ecclesiam, de quo utri-
usque partis scripta testantur. Sin hoc, nunc itaque hæc
quasi *traditio* sententiam mutaverunt: et est quòd de
hoc fructu scripturum nostrarum nobis gratulamur, de
pace Eulerie deinceps bene speremus. Et si n. nonnulla plerumque
et solidius de his capitibus ex verbo dei à nostris traduntur
tamen hæc principia et pronuntiata ipsorum non tantum
agnoscimus, sed ultro profiteamur, tanquam nostra et orthodoxa
omnia

omnia paucis exceptis, quorum auctoritas tamen uno verbo evocari possit.

De regeneratione. haec habent plane nostra et orthodoxa.

1. Quod in Baptismo non omnes homines baptizati regenerentur.
 2. Quod hypocrita in baptismo non verè regenerentur, nec verè regenerationis gratiã eis conferatur.
 3. Quod sententia Pauli Gal. III. Quotquot vestrum baptizati estis, Christum induistis: ad solos infantes et ad eos adultos sit restringenda, qui sincero ac fidei corde Baptismum suscipiunt.
 4. Quod Judaei, et omnes quæstus gratiã Baptismum suscipientes non regenerentur.
 5. Quod regeneratio tanquam salutaris Baptismi effectus ad solos filios Dei pertineat.
 6. Quod Baptismus et salutaris ejus effectus non perpetuus et omnino cohereat.
 7. Quod omnibus quidem baptizatis Christi gratia offeratur, sed hypocritis actu non conferatur et applicetur: non Baptismi sed sine fide Baptismum suscipientium vitio.
 8. Quod Baptismus sit lavaerum regenerationis non absolute sed legitime eodem utenti, sicut Evangelium est potentia Dei, non absolute sed credenti.
 9. Quod Deus gratiam regenerationis et renovationis Baptismo non ita alligaverit, ut regenerare, renovare et in gratiam recipere nunquam velit eum, qui suscepti Baptismi tempore incredulus fuerit.
 10. Quod hypocrita, si convertantur, prius suscepti baptismi donis oblati, hoc est, regeneratione, remissione peccatorum et gratiã Dei salutariter perfruantur.
- Paucula verò hinc, ne quem offendant, uno verbo explicari possunt.
1. Quod omnes infantes Christianorum, quippe qui nullã obstinatã malitiã spiritui sancto obsistunt, in Baptismo regenerari creduntur, adde tantum, donec adulti contrarium de se non testantur.
 2. Quod hypocrita suã hypocrisi et malitiã Dei institutum intervertant: addatur et hinc, non tamen Deus aut fidelibus sed sibi.
 3. Quod in pueritiã verè regenerati suã dissolutione regenerationis gratiã rursus exidant. Addatur hinc quoq: Non tamen totaliter, neq: finaliter, quia in verè renatis per-

petri manet semen dei i. Job: III. licet saepe vastetur intemperans
affectuum et actionum saepeq. lapsibz filiorum dei ita sepelatur
ut penitus emortua videatur.

De justificatione etiam haec habent nostra Orthodoxa.

i. Quod justificatio non sit universalis, lapsus universalis generis
humani respondens.

II. Quod sententia Pauli Rom: V. sicut per unius obedientiam
generalem justificationem minime statuat.

III. Quod meritum Christi universaliter quidem omnibz hominibz
sufficiat et serio offeratur, sed revera et actu non omnes
justificet, idq. ipsorum vitio, obstante nimirum ipsi vel in
credulitate, vel morum dissolutione, quò minus oblata in
verbo gratia et prestita in Christi satisfactionis parti-
cipes reddantur.

Curigitur Gerla-
chig cum Hubero
prius defendit?

IV. Quod phrasia illa: Omnes homines sive credant sive non
justificari, non sit analogia fidei, adeoq. minime usurpanda.

V. Quod oblatio gratis et meriti Christi universalis quidem sit,
actu tamen ad solos fideles restringatur.

Tantum non probanda videtur crederetis, quam his promittant,
socio blandiantur, quasi nimirum dissensio inter eos sit magis
in phrasi et loquendi modo, quam in re ipsa: quoniam falsum
est, infideles ullo modo esse justificatos. Proinde realis est
inter Huberum et Tubingenses contradictio.

Deniqz de electione, haec libenter accipimus

i. Quod phrasia de Electione universalis, qua Hubery in pro-
mis suis thesibz, sub praedidio S. Gerlachij Tubingensis dispu-
tatis, usus est, sit nova, et non satis congrue loquendi
formula, neq. placuerit Tubingensibz, licet Hubery ab eis
approbatam asserat. Meritum est igitur: nec Tubingenses
maxime Praeses Gerlachius, ab eo reatu penitus absolventur.

II. Quod dilectio dei latius pateat, quam Electio, qua deo non
nisi credentes et perseverantes in Christo legit.

III. Quod ab illa locutione, quae quidam episcopus fieri posset,
etiam inter oppositos, prorsus abstinendum sit.

IV. Quod locus Apostoli Eph: I. pro universalis electione minime
faciat, cum diferte ibi sanctorum et fidelium mentionem
faciat Pauli, et electionem respectu Christi definiat.

V. Quod Electio

V. Quod Electio tantum ad bonos et dilectos Dei filios pertineat.
 VI. Quod super Predestinationem Dei salus nostra ita sit fundata,
 ut inferorum porta eam evadere non queant.
 VII. Quod Christi nunquam dictum fuisset, multos esse vocatos, paucos
 electos, nisi multo latius vocatarum coetus quam Electorum pateret.
 Illud probandum non videtur, quod Huberum falsam sententiam
 defendentem sub ipsorum presidio, suo sensu abundare tunc permi-
 serunt, atque etiamnum suadent, ut observet vetus illud de tenenda
 mente et corrigenda lingua. Quid enim hoc est, nisi errori patro-
 cinari? nisi forte dicant, certamen hoc *λογαγχαλαρ* esse, quod
 longe secus habet. Convitium verò illud, quo Calvinistas *maliciae*
diaboli organa suo more vocant, est Emblemata ipsi familiare
 in ipsorum redundans. Cum enim hic cum Calvinistis, quos vi-
 cent, sentiant, se ipsos criminantur. Coetera tuo iudicio per-
 mitto. Vel hoc nomine luce digna videtur Epistola, quod nunquam
 hactenus explicatio et disertius mentem suam fuit professi;
 his positus, ad concessionem aliorum, quo praesertim de prede-
 stinationis et reprobationis causa nondum admittunt, facile
 adigi possunt. Quid si ex colloquio Mompelgartensi, in quo es
 versatissimus loca ad margines ponerentur, cum istis pugnan-
 tia. Nam plerumque ista in nostris oppugnata et damnata esse
 à Schmidino, constat. Quò minus nunc prelo huius dari possit,
 causam nostri: nec tamen nostros vadimonium deferere velle,
 ex Apologia ista, cuius exemplar Tibi mitto, et ad quam vix octi-
 duum fuit datum, cognosces. Author libelli in Comitibus sparsi
 pubatur Heilbrunnery, est verò Schoppery. Nunquam illis gra-
 vius stomachum movimus. Itaque latrabant vel rudent potius
 contra pro more multo etiam acerbius. Sed detrahenda tan-
 dem erit larva humanae istis, quae vulgo terribiles videntur.
 in quem usum parata iam est *Articulis Augustanae Confessi-*
onis et doctrinae Ubiquitisticae in plerisque articulis, quam suo
 tempore nobis extorquebunt. Sed *sein* ad hoc illud Huberum
Witebergam eiecitum? Postremum fabulae actus in Pentecosten
 incidit, quando Gesnerus matutinam concione Huberianas blasphe-
 mias graviter perstrinxit. Huberus contra pomeridiana concione

suā, ut solet, mordacius defendit. Serendie. Jernerg rursus gra-
viter in eum invecit, aliquoties In Hris, Krtz, In Hris
Fidwärmro eum appellavit. Ad has turbas sedandas Hunning
max e comitis, Administratoris jussu, Witebergam advolavit,
idq; egit, ut Huberam Superintendentia cujusdam opime exuvie
in Thuringia delibutum ex Academia honeste ejiceret. Sed se-
natq; et populy ejus loci hominem turbulentum repudiarunt.
Dijr stwal güt ar Jhu, soltr fir Jhu, soltr Bisaltor.
Interim redit Administrator et hominem evocavit ad se, que-
rensilio, incertum: nisi quod certum videtur, perfidum hunc
nebulonem urgere tandem tur & tur & doperur. Filioy Tug
salvus huc venit, parenty causa omniby commendatissimus, in
schola Neustadiana jam nunc ei locy dari potest. Si Neustad
eum esse malis, opportunitas expectanda erit. Utrog, loco par-
funtu fere, et pariby legiby ac studiis vivitur. Non ergo diffi-
culter, quod vis, impetrabitur. Nostris legat: e Comitib; hae
septimana expectantur. XVI. Julij, Martina Sorina nupt
Electoris partu felici filiolam edidit. Gratias agimus deo pro
his foecundi matrimonii primitiis. Refalutat Te Vir Reve-
rende, D. Kemedoneus. D. Tohanus in aciduly abest. D. Saly
cum Porto, premissis jam scribis ad scholam Balianeam
a nobis properat. Vale, et me, quod facis ama. Saluta ex me
D. D. Collegas, imprimis D. Hospinianum et D. Beumlerum.
Heidelbergae 3. Calend: Augusti. Anno 1594.

D. Petro Hübnero

Salutem!

Opportune me susmonuit D. Nantolus de suo ad vos redite, usque eundem
tu meas acciperes, a quo tua postrema mihi sub redite, ad quas quia cum
mulam laudum meorum continebant, consulto non respondi, factus vero
significationem judicii tui gratam apud me habui, licet omnino inpro-
prii, quam etiam amori tuo in meritui. Deus vero per gloriam et
perignominiam nos salubaria organa misericordia sua porro faciat.
De statu nostro ex Nantolo intelliges, Jdily Martis convento fuit quing,
principum vicinorum Heilbrunn, Electoris nostri: Wirtembergii,
Bipontini, Durlaceni et Oualsbueneri. Factum ibi prope & depta ad Comi-
tia, et Sijacretismus de religione: cui effi aliquid videatur. Tribuendum.